



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 67. Proelium postera die redintegratum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1515. ri poterat, reliqua enim omnis occisorum sanguine vitata erat: post hæc semper in armis perstitit, ne galea quidem detracta, neque somno capto, nisi quantum corpori in tormenti currum tantisper inclinato licuit, ubi tamen eum velut duris assuetum arctissimus somnus complectebatur.

## §. LXVII.

*Prælium postera die redintegratum.*

*Marian. l. 30 n. 126.*  
*Mocenigo l. 6*  
*Justiniani l. 12.*  
*Genoivillac*

Altera die decima quarta Septembris Helvetii albescente aurora pugnam majorem quam antea rabie redintegrabant, tantoque impetu in mediam aciem, cui Rex præerat, effundebantur, ut nigrae Legiones plusquam sexaginta passibus pedem referre compellerentur, & abs dubio penitus prostratae fuissent nisi multa globorum flammæque tempestas e Gallicis tormentis emissa hostium ordines attentuasset: Adeo enim perite a Jenolao Galio rei tormentariae Præfecto tormenta disposita, librataque erant, ut plumbeæ glandes, & a fronte & a tergo circumvolitantes continenti clade cunctos Helvetiorum peditum ordines perrumperent. Jam quartam diei horam cruenta pugnantium aviditas tenuit, ac Helvetii, cum nigras legiones, quamdiu eas Con-  
nesta-

nestabilis equitatus tueretur, perfringere  
 desperarent, relicta media exercitus par-  
 te ceteris copiis Gallorum tergum cir-  
 cumire præceperunt. Ast Alenfonii  
 Dux, qui huic agmini imperabat, rem  
 subodoratus, tecte in itinere Helvetios  
 præstolabatur, atque in eos irruens illos  
 eo adegit, ut in exiguam quamdam syl-  
 vam non longe distitam fugere cogeren-  
 tur, ubi a Vascis peditibus ad unum om-  
 nes trucidati fuerunt, eodemque tem-  
 pore Rex cum octingentis cataphractis  
 lævum Helvetiorum cornu penitus pro-  
 fligavit; hi quamvis pugnando honestam  
 nonnisi fugam sibi pararent, nihilominus  
 solutis minime ordinibus pedem refere-  
 bant, Gallis eos insequi negligentibus;  
 solus Livianus tergis fugientium insistere  
 aggrediebatur: ast effera illorum, qua in-  
 sequentem exceperant, virtus brevi eum  
 edocuit, Italorum hastas ab Helvetiis  
 minime timeri; nec ille alio edito faci-  
 nore hujus prælii successum promovebat,  
 quamvis non desint Historici, qui, solida  
 licet ratione destituti, Liviano potissimas  
 hujus victoriæ partes deberi affirmant.

Sæcul. XV.  
 A.C. 1515.

Mem. du  
 Maresch. de  
 Fleurang.  
 Guicc. l. 12.  
 Paul. Jov.  
 l. 15.  
 Marian. l. 30  
 n. 126.

§. LXVIII.

*Utrinque occisorum numerus.*

Præter illos, quos prima prælii die ho-  
 stium gladius jugulaverat, altera die

G 2

exacta